





St. 66, II

Wf
572

THRENOS
PLISSENVS
BEATAS ANIMAS

E T
Depositas heic eamdem ad spem corpusculi

EXSVVIAS

Illustrissimi, celsissimi, pientissimiq;
Principis ac Domini, Domini

F R I D E R I C I
G V L I E L M I, D V C I S
& quondam Proelector. Saxon. Comitis
Prouinc. Thuringiae & Marchionis
Misniæ, &c.

Tam mīnioperè improuisâ, quam maxi-
moperè immaturâ, at pia placidaq; obdormitione

ē

Scena ludibriorum & vitæ huīus ergastulo,
ad Cœlestē πολίτου:

VINARIE

VI. Non. Iul. A. C. cIɔ IIɔ II. circa noctem
concubiam euolantis, deplangens:

ā

VALENTINO CVNRA DO IHERING. A.M.
clicente subiectiss. deuotè edissertatus.

Lipsiæ, imprimebat Michaël Lantzenberger.



 Fati series ! ô abstrusissima Diuûm
Concilia ! à nostris ea quantum sensibus absunt ?
Iudicijs hominum quantum diuina profanis
Antestant ? Vt cuncta Deo mortalia cedant !

Alternis equidem, luctus & gaudia Fatum
Temperat ; idq; sinit nil sartum immobile quidquam
Aduersis hominum sortem gyrantibus astris, ,
Ac unum Fati stadium decurrimus omnes.,,

Verum, ecquis, dum Res ad summa coronida duci
Cuncti expectamus, biduò expectasset & iram
Et fati decreta, retrò rapientia secum
Omnia, habet quæ spes, longè ut sperata labascant
Nobis : præcipitant subito dum funere Rutæ
TE FRIDERICE, caput gentis, VVILHELMÆ, Dynastam ?
Quo melius terris nil Fa:a dedere ; nihilq;
Donabunt, quamvis priscam redigantur in auram
Sæcula mista luto Samio, seu ferrea sæcla.

Discit Mortales : quæ non Natura capescit :
Omnia posse Dævm : quid enim non posse putandum 'st ?

Occasu occurrit metuenda tibi Horna malorum
Iacturæ & Patriæ : hanc diuino : Fata minantur:
Non præagiuit tibi Rutæ (restitit) Almus
Hei nuper casu ? Occasum nunc Fata (fatendum 'st)
Hei gyrauerunt : præsens Res comprobat arctim
Tantas iacturas, quantas lux nulla priorum
Anticipata tulit, liuentia Fata minari. (œstrum.

Quin metuo, Occasum hunc superum iram effundere &

Saxo etenim (lacrymæ mihi res, mihi verba furantur)
Occubuit Rutæ stirps Germinis ! heu nimis, eheu
Qui Pacem, & Musas, & Christi oracula tuetur,
Concidit ! heu subito, subito nimis, heu nimis eheu !

Abstulit heu punctionum quod nulla resarciet Aetas.
Hei Fatum ! cœcione trahis sic omnia motu ?
Et Libithina tuum semper popularis agellum ?
O decas infausta ! ô lacrymabile labile Tempus !
Heic, qui maturus nondum est occumbere Fato,
Morte cito & subita putreficit tibi sub urna ?
Huncne laborabunt opici corrodere vermes,
Qui nunquam, nec sole nouo, nec vespere sero,,
Supplicibus Iov AM votis onerare quieuit ?,
cc Qui prior Aenea pietate: ac Hectore maior
Virtute ; eloquio qui Nestora vicit : Vlyssem
Curando Patriam : dicendo Iusta cuig,
Vincit Aristidem : æquat Achillem robore : Graios
Ingenio : dites argenti pondere crassos :
Magnates Latios armis superatq; Curuleis
Atq; animis æquat Pompeios : Cæsara: Scauros,
Hicne imi tenebras tumuli patietur inerteis ?
Quem Leo, quemq; Aquila Imperij, Imperijq; Senatus
Adfectu coluit plenis confessibus eius
Ardua consilij miratus pondera magno,
Huncne decet, parcæ, bruto obmutescere saxo ?
O intemperies intempesta bonorum !
O Feritas Parcæ ! non parcæ, ô parcere, parcæ !
Oper vos ! per vos tantus iam funere casus !
Hancne, etiam, superi, nostra ob scelera impia; cladem
Immissam in tanto voluistis turbine rerum ?
Et vicibus medijs ! Sic dI voluistis, opertas
In commune malum Patriæ res vergere nostræ ?
O Patria infelix ! infelicissima terris !
O suspiratul lacrymas ! ô fata querellis !
O nunc cordolum nunc participare nouellum !

O Prin-

O Princeps patriæ ! Patriæ pater ! at Pater eheu
Haut mage ! Te nobis quisnam citò casus ademit ?
Te querimur ! Rute FRIDERICE VVILHELM E columnā!
Te querimur ! seros ô dignus auere nepotes !
Et Pylios æquare dies & flore senili
Fato præscriptas æui transcendere metas !

O Patria infelix ! atrato vellere mæstum
Ergo obnube caput , nigramq; ingloria pallam
Ad latos demitte modis lugubribus imos !

Te gemitus lacrymaq; decent, quibus omnis ademtum
(Exigit hoc pietas) gens Israëlitica Mosen
Exortem tumuli deserta per inuia fleuit.
Illa decent lamenta quibus Iordanidos undæ
Dius olor Saullo inferias Ionathæq; peregit.
Scis etenim (non ficta loquor) meminisse iuuabit,
Sandapila hac ipsum patriæ te efferre parentem :
Aequi ; virtutis ; pacis ; pietatis Atlantem :
Scis columen, capitisq; tui cecidisse coronam.

Causa doloris adest : causas has nosce doloris,
Iacturamq; grauem ! non ominor ; herclè videbis,
Ipse video (modo ita tantilla supersunt)
FRIDRICVM unanimes VVILHELMUM plebsq; patresq;
Ore uno in vitam reuocatum optabimus omnes :
Et meritò : meritò : Quod si vilescit habendo
Ante oculos virtus : demumq; amissa requiri
Illa solet votis longo post tempore seris.

O vos Teutonici proceres & lumina Regni,
Arbiter Imperij : Austriacæ tu nobile gentis
Præsidium : Habspurgo cretum olim sanguine ; Ruta
Tu Ascania : Imperij tu consors Marchio : Catti :
Vosq; Palatini : Trigæ & tria sidera Rutæ :

Si decet, & patitur, Naturæ è fonte fluentes
Vos lacrymæ eneruent tristes: pius ardor amoris
Aut patrij vincat: Generum, fratremq; patremq;.
Heu vestri Sidusq; chori, vitaleg; Lumen
Consumtum deflere, decet, fas murmure sacro
Heroa exanimum non fictos rumpere questus.
Ius nam adeo rigidum hoc & ineuitabile fati,
Et Rhadamanthea hæc adeò inclemensia lethi
Non solum incestat cunctos: sed quanta sit ipsa
Pectora vos Heroa bono ut viduata Patrono
Orba patre: amissa fluit antia naufraga clauo
Vulnera quæ restant crebrescere magna potestis.

Vos Musæ: & Diuæ Libethrides: aurea nutrix
Tu Dice virtutum: Aequiq; Magistra Themista,
Quæ ense nites fuluo: pariliq; Astræa bilance
Caste Helicon: animo & manibus vos manibus aquis
Vos litate, decet, feralia carmina ademti
Iam Mæcenatis: si non & faucibus hæret
Singultante sono meritum vox fassa dolorem.

Pierides vos, Pieridum sensistis alumni,
Et vos Salaides, dite huius munera censu,
Munificam dextram: portu tutoq; sub illo
Saxonicos radiosq; illustrem sideris auram:
Paupera ceu Hecale quomdam Neptunia Theseu
Excipit hospitio; hospitijs ac ære benigno
Largius exceptit Princeps & Numinæ fuit.

Vidistisne Togam semper præferre sagatis?
Scipiades, ut qui dia virtute potessunt
Mortaleis & belli & pacis sorte tueri,
Psallere vidistis capitolia leta triumfis?
Auspice non tonuit trux hoc Bellona, malignas

Necq;

Necq; truci faculas Belli eruct auit is aluo.
Nulla salus Regnis quibus est discordia curæ.

Felix iure quidem, tellus, si qua altera, dici
Haetenus ô felix (careat precor omne verbum)
Confinis cælo, cælo contermina dici
Tu potuisti, almæ potuisti pacis in umbra
Grandia prouentu complere tua horrea messis,
Diuitis Ambrosij & premere ubera lactis & vua
Fœcundæ, & superum concessa sorte fruisci.
Nam demissa polo concordia pectora fratrum
Haetenus antestans Pollucem & Castora nodo.
Sic Adamantino binum binauit in unum
Passim tranquillæ Patriæ ut Pax aurea terris
Floruit, ut videant iam secula prisca reuorsa.

Ah miseram Europen! nigra tres ueste sorores
Austria tu celebris, tuq; Hunna, Bohemaq; Nympha,
Quas summo genuit formosa Europa Tonanti;
Quasq; patrocinio superum pater ipse potenti
Diue Rodolphe tuo & volucri concessit aduncas
Quænam Eridos passim vidisti semina? Patrem
Vidisti Matrem, & gladio exspirare nepotes,
Nec dum finis adest, nec quem sperare valetis.
Donec forte caput super est: tot funere Reges,
Tot cecidere Duces, tot clara è gente Dynastæ.
Mars tamen hic quamuis Romphaam Threicius unciam
Per media exigeret Germanidos ora, paternâ
Alta pace frueris, alieni Musa pericli
Spectatrix tantum, numquam pars villa fuisti.
Non secus Ionio ac speculator litore quondam
Excelsa à turri iactantibus aquora ventis
Nauifragos aestus tempestatesq; sonoras

Fataq; fortunasq; virum miserisq; ruinas
Perspicit, ipse latens tuta impunè abditus arce.

Scilicet his Princeps Rutæ virtutibus auctus
Seq; suos voluit, vera pietate colonos;
Fouit & ut genetrix soboleis; defendit; & aqua
Omnibus Imperij lance impertiuit habenas.

Pestis & ira Dei & populi fatale flagellum
MACHIVELLIACUS Dux est: sua commoda tantum
Cui cordi; neglecta salus it publica pessum:
Regnum eneruatur; Lex dormit, ~~feelera~~ regnant;
In scena pretio vænalia Iura licentur.

Quid superest dotis pietas (ô intima nosti
Pectora pacifici nostri Ducis) alite fama
Commemores? radiosne opus est attexere soli?

Singula quid memores? nec enim memorare volenti
Sufficerent linguae centum centum oraq; : habet quo
Nomine vel poterit solo immortalis haberit.
Tu pia Relligio; testis non fortior est te,

Exsere te Paullum & magno loue iudice fare.

Qua pietate animi, quo sancto feruidus astu,
Dum properat fessi fatalis clausula Mundi,
Arbitrio sancti confisus SAXO Lutheri,
Adseruit louam, & pro Relligione tuenda,
Vim contra rabidam, Babylonia fæta veneno
Pocula, quæ ut cancer vicina per omnia serpunt,
Magnanimo obiecit se cœu durable fulcrum.

Res loquitur, si Mome taces, nec fama silebit
Post huma si mordax carpit præsentia liuor.

Non ignota loquor: volgo comperta: per omnem
My sam hoc infixum manet: æternumq; manebit.

O pia Relligio prope iam moribunda necessum' st

Per-



Perpete iam fletu : pullam tu syrmatis umbram
Induc, Ferali nube & iam corpora taxo.

Amissum caput est : Iosias concidit : Asa
Rex pacis, iubar Ezechias praelustre Charontis
Quis quilias qui sectae (abolendo Idoia sacrorum)
Dispulit, ac Orci fauceis : nunc corporis umbra est.

Num poterat quidquam optanti contingere maius ?
Num melius ? num par, si vel Mauortia virtus
Principis hos fines atq; huius sceptrum tulisset,
Caucaseas ultra rupes, Aquilæq; columnas
Cæsaris, & victas illi submitteret orbis ?

Nam quid Mortales quid in his mortalibus oris ,
Quærimus immortale ? fluit, fluit omne, peritq; ,
Sub pedibus quod Luna videt, quod circuit æther. ,
Vna salus homini pietas : ea maxima virtus, ,
Nouisse & puro venerari numina cultu. ,

Nobilis hinc Princeps (Pietas donaria semper
Cultori repetit) generosa stipendia captat,
Nunc Manes sanctos Rot a tercia capit Olympi
Donatos vitæ lauro : nunc gaudia cœli
Participant magnos Heroës inter auitos.
Altius inde vices nostras & lubrica rident.

Vinet & aeternum, memoriq; feretur in orbe ,
Atq; animis hominum Ducas indelebile nomen
Saxoniæ, dum Relligio, dum Musa superstes,
Quas colet & præsens Aetas, & laude perenni
Rite coronatos Cœlo ventura sacrabit.

Vos quoq; ô Manes (colui quos Numinis instar
Atq; colam semper viuus, meruistis abundè)
Proinde nec immemorem caussabitur umbra clientem
Vnquam Diua suum : suprema at voce notabo

Quottan-

Quotannis: ut stent deuota piacula busto,
Annualibunt feralia nenia Nymphæ
Atq; parentabunt vos fæminæ ovlulata.

Iam cum parta quies: pacem requiemq; precamur
Vobis æternæ donec lumen requiei
Cunctò illucescat: vos huc sub marmoris umbrâ
Hoc exspectantes nobis Saluete valete.

En res, quæ restant, Patria en communis habetur,
In nos & iuret terraq; iniuria cœli
Nunc opus est votis, si Votis fata piare
Possimus, æternis lacrymisq; urgere Tonantem:
Aram relligio struat: hanc pax ornat oliuâ.
Si qua fortè sacro tollatur Numinis ira.

Summe tibi, imperio qui vitam, Iov A, necemq;
Digeris: in terris tibi si qua Ecclesia curæ est,
Sint curæ, quæ nunc rutacea ferta supersunt,
Fraternæ imprimis non degener indolis Heros,
Qui nec Fratre minor pietate, nec arte IOHANNES
Germine frondescat, Rutæ, cum pace per æua.

Suggere opem neruis, sanare quid uleora possit
Atq; animi mentem cura mulcere salubri,
Exsurgat supra luctus, & vincat acerbum
Cordolium: & spartam, quam illum fortuna, tueri
Iussit, heroo prætent sua pectora motu.

Publica sic crescat res publica, priuag; crescent
Qualiter enodes perhibentur crescere cedri:
Et Patriæ incrementa feret pomeria terræ
Grandia perpetuo fructu: halcedonia tuta
Sic nanciscentur Musæq; Ecclesia, tutum
Ceu maris inter aquas spumanteis halcyo portum.

T E L O S.

Epita-

Epitaphium.

IMMORTALES, MORTALES SI FORET FAS
FLERE,

FLERENT DIV, DI, VIRTVS MAXIMA ET
PIETAS

DVCEM FRIDERICVM RVTAE SAXO-
NEM VVILHELMVM.

IS POSTEAQVAM ORCI TRADITVS EST
THESAVRO

EFFERBVIT PIVM : AEQVITAS : QVIES :
APOLLO.

STAT. DIVIN. LIB. XII.

VIVE PPECOR: nec TV DIVINA AENEIDA
tcnta.



W 572 *Ex*
IMMORTALIS MORTALIAZ ET TOTELAS

ETERRA

ET ALMIANI 27TILV. DIA 15. 11.

PITAS

DACEM TRIDERICUM RUTA SAKO.

NAME VVILHELMVM

12 POSTELOVAN OGOI TRUDIAS EST

OLVASTHT

: ETTAVIA : VEGAT : GAVIS :

ALDOR

.LX. 53. IN. TATZ

VIAE PREGOR: UCC TA DIVINA NENTIA

65050

5

N. C



ULB Halle
004 965 078

3



KD77



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-41547-p0016-2

DFG

5.66, II



F

Deposit

Illust

F F

G V

& quo P

Tam n
moperat

VI. N

VALE

L

